



PRÆFATIO
IN VETUS TESTA-
MENTVM BENEDICTI
ARETII.



VATVOR nobis in præsentia explicanda videntur. Primò, cur sacri libri, *Biblia*, appellentur. Alterum, *quo autore*, introducti sint. Tertio, *ad quos* propriè spectent. Quarto, quæ sit commodissima *Partio*. De his breuiter agemus, relictis reliquis, quæ ab aliis copiosè tradita sunt, ne bis idem agere videamur.

- 1.
- 2.
- 3.
- 4.

I. Quod igitur attinet Biblici nominis rationem, hæc est. Appellantur plurali numero, BIBLIA, Græcorum imitatione, qui *βιβλία* appellant libros plures congestos in vnum codicem. Cùm igitur audis Biblia, intelligas sacros plures libros, dignos lectu.

Appellata autem sunt Biblia, *ἐκ τῆς βίβλου*, *planta*, quam Latini etiam, *Biblum*, vocant, vt constat ex Lucani versiculo, 3. lib. Pharsal.

*Nondum flumineas Memphis contexere biblos
Noberat.*

A